

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio XVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

Ideoque puto hoc casu pœnam temporalis religionis sufficere, eamq; iudicem mulieri quæ graviditatem occultans in puerperio sola laboravit, tunc indicere posse.

50 *Tum*, quod pœna arbitraria, pecuniaria vel relegationis ex præsumptionibus dictari queat. *Gandin. dict. tit. de præsumpt. n. 2. Prosper. Farin. part. 3. oper. crim. quæst. 86. n. 82. Capoll. conf. crim. 32. n. 16. Iul. Clar. in præct. §. fin. quæst. 63. vers. tu scis, &c.*

51 *Tum*, quod occultatio imprægnationis & partus per se pœnam arbitrariam mereatur: ex actu enim clandestino dolus & malus animus agentis præsumitur. *l. non existimo. ff. de rit. nupt. l. palam. ff. eod. tit. Alex. conf. 103. col. 4. vers. non obstat vol. 1. Bald. conf. 427. in 5. vol.*

52 *Quemadmodum etiam hoc casu pronunciarunt Scabini versus Dresdam: Ob wol die Gefangene D. E. in zimlicher scharffer Frage erhalten/dah sie ihrem Kinde kein Leid geihan / dieweil sie aber denoch sich schwängeru lassen/vnd beydes die Schwängerung vnd Geburtszeit heimlich gehalten / etc. So wird die Gefangene über die allbereite aufgestandene Tortur noch auff 3 oder 4. Jahr des Landes verwiesen / B. N. W. An Richter vnd Schöppen. Mens. Decembr. Anno 1625.*

Pariter fuit pronunciatum in casu simili, an Schöffers zu Leipzig / M. Mart. Anno 1596.

It. Ad consultationem Wolfgangi Adami à Gehnits / Mens. Mart. Anno. 1610.

Iudicis & Scabinorum in Reichenbach / Mens. Febr. Anno 1630.

11. Audie Berichte zu Leipzig / Mens. Iul. An. 1630.

2. An in parricidio culposo occisor, ad VVergeldi solutionem condemnari debeat?

est, ut is qui ob culpam aliumve excessum in homicidio commissum, solâ relegatione carcereve punitur, Vergeldum quoq; interempti agnatis solvere teneatur; Landr: lib. 2. art. 38. Constit. Elect. 11. part. 4. ubi Daniel Moller. num. 1. Zobel.

53 *part. 4. different. 28. Reinhard. part. 5. differ. 15. Coler. de processib. execut. part. 1. cap. 9. n. 51. non immerito quaeritur: An idem obtineat quoque in parricidio ex culpa commisso?*

54 *Equidem si in linea ascendente vel descendente à patre aut liberis culposum parricidium fuerit perpetratum, dispositionem hanc Inris Saxonici cessare, nemo facile negabit; eò,*

quod Vergeldus interfecti conjunctis proximioribus & sic ipsimet delinquenti, quo sanè in lineâ ascendente vel descendente nullus existit proximior, debeat, nemo autem sui ipsius debitor esse potest. *l. nemo. 87. ff. de verbo obligat. §. item nemo 21. ubi Dd. Instit. de inutil. stipulat.*

Sed, *quid si ex culpa à fratre consanguineo vel affine parricidium fuerit commissum?* Quamvis Constit. Elect. 11. part. 4. ubi de solutione Vergeldi agitur, tantum de homicidio loqui videatur, in verb. *In Fällen den Todschlag belangende.* Idem tamen de parricidio culposo dicendū, & hoc quoque calu à consanguineo vel affine Vergeldum solvendum esse existimaverim.

Tum, quod parricidium quoque veniat mine homicidii in genere, & ex lege Cornelia de sicariis coërceatur, *l. 1. ubi Hippol. de Marsil. & Dd. comm. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.*

Tum, quia Jus Saxonicum de solutione VVergeldi disponens loquitur in genere, Landr. recht / lib. 2. artic. 38. ibi: *Ob ein Mann scheust oder wirfft einen Mann, & postea: Ob der Mann wohl stirbet / &c.* quia autem generaliter quid affirmat & constituit, is nihil protus excludit. *lason. in sub. præterea, n. 15. vers. & isto casu. C. unde vir & uxor. Panorm. in cap. quoniam fin. n. 15. extr. de prescript. Tiber. Decian. Conf. 57. n. 12. lib. 1.*

Tum, quia VVergeldus in solatium agnatorum occisi solvitur: quæ ratio æquè obtinet in parricidio, ac in homicidio quovis ubi autem eadem ratio ibi quoque idem jus est. *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. his solis. 7. §. actionem 2. ibi: satis etiam tacite cautum &c. C. de revocand. donat. Andr. Tirag. in reg. cessante causa. part. 1. num. 156. Modest. Psitor. conf. 16. n. 13. lib. 1. Panorm. in c. quoniam frequenter. 5. in 1. resp. nu. 6. extr. ut lit. non contest.*

Et sic etiam veteres Scabinos pronunciasse reperio: 59

Wo der Stieffvatter davon ewre Frage meldet/sein Stieffo Kind durch sein streichen vnd schlagen zum Tode verursachet / so were er solche That gegen des Kindes Freunden mit einem Wehrgeld zuverbüssen verpflichtet / vnd möchte hierüber auß rechtlichem Ampt verwiesen werden B. N. W. Mens. Januar. Anno 1562.

QUÆSTIO XVI.

An & quâ pœna plecti debeat Reus parricidii, si de corpore delicti certò non constet?

SVMARIA.

1. *Ad solam Rei confessionem pœna parricidii irroganda haud est, priusquam de corpore delicti constet. n. 7.*

2. *In potestate delinquentis non est, suâ confessione facere delictum, ubi delictum non est.*

3. *Nemo suorum membrorum est Dominus.*

4. *Delicta facti transeuntis indicis & conjecturis validis probantur. n. 18. 19.*

5. *Non etiam delicta facti permanentis. n. 6.*

8. *Observantia Scabinorum Lipsensium.*

9. *De corpore delicti Reus quandoque tormentis interrogari potest. n. 10.*

11. *Territio proprie tortura non est.*

12. *Quomodo de corpore delicti certò constet in crimine parricidii. n. 13. 14.*

15. *Responsum Scabinorum Lipsensium.*

16. *Quomodo constare possit de parricidio, si cadaver cambus devorandum, vel in aquam profusentem fuerit projectum. n. 17. 22. 23.*

20. *Indicia valida semiplenam faciunt probationem.*

21. *In de.*

21. In delictis difficilis probationis semiplena probatio pro concludenti habetur. n. 32.
 24. Non quævis indicia tribuunt plenam fidem.
 25. Quodnam indicium probet corpus delicti, si cadaver hominis occisi in mare fuerit projectum.
 26. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 27. Num per unicum testem corpus delicti queat probari.
 28. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 29. An secunda probent corpus delicti in crimine infanticidii.

1 **SECUNDVS CASVS**, quo pœna parricidii ordinaria, Culei nimirum vel Rotæ cessat, hic est, Quando de corpore delicti non constat.

2 Non enim sufficit confessio delinquentis, sed priusquam iudex eum punit, certus esse debet de delicto; ut uno ferè ore tradunt Doctores, & est communis hæc sententia. l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. §. si quis ultro. ff. de quaestio. l. divus Trajan ff. de mil. testam. l. si is, §. tu Titium. ff. de furt. l. si quis legatum. vers. ceterum, ff. ad Leg. Cornel. de fals. Anton. Gomez. de captiv. reor. n. 1. Egid. Bossius in pract. crim. tit. 1. in pr. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informat. n. 3. Anton. Gabriel. lib. 7. tit. de crim. concl. 17. n. 4. Blanch. in pract. in prin. n. 1. Dan. Moller. 2. semestr. 37. & 3. semestr. 40. Bertrand. conf. 257. col. 1. vol. 3. & conf. 258. col. 3. vol. 1. Roland. conf. 51. n. 9. & seqq. vol. 1. Modest. Pistor. part. 3. Quæst. 117. Jacob. Schult. in addit. ad process. Rotscitz. part. 2. art. 11. sect. 1. n. 9. Gandin. de præsumpt. col. 2. vers. aliud etiam nota dignum. Hippol. de Marsil. in l. 1. ff. de quaest. n. 3.

3 Non enim in potestate alicujus est suâ confessione facere delictum, ubi delictum non est. Gigas de crim. las. majest. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. l. f. majest. prob. quæst. 1. num. 5. Brun. à Sol. in conf. crim. n. 200. quia nemo est Dominus membrorum suorum l. liber homo. ff. ad Leg. Aquil. non tantum ff. de pœn. unde nec inquisitio contra aliquem formanda est, nisi de corpore delicti constet. Prosper. Farin. part. 1. oper. crim. quæst. 2. num. 1. Boss. de loc. num. 1. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 4. Regulare namq; est in qualibet materiâ, quod ubi lex disponit aliquid respectu certæ rei, debet prius de illâ re constare, l. divus ff. de testam. milit. g'off. in cap. ad dissolvendum, vers. accusar. de desponsat. imputer. Et qui vult probare, qualitatem debet prius probare substantiam, in quâ illa qualitas fundatur. gloss. in l. si arbiter. ff. de probat. Brun. à Sol. in conf. crim. n. 13. n. 139. 141. 143. Anton. Gomez. dict. tit. de capt. reor. n. 1.

4 Et quamvis in delictis facti transeuntis, cujus scilicet nulla solent remanere vestigia; ut puta adulterio, Sodomia, stupro, &c. ut in delictis, quæ solo animo perficiuntur; veluti hæresi & similibus, sola etiam confessio, concurrentibus tamen conjecturis validis & à jure approbatis, sufficiens sit ad condemnandum, ut putat Boss. dict. tit. 1. num. 20. Farin. dict. quæst. 2. n. 12. Foller. in pract. crim. verb. capiat informatio-

30. Sententia Scabinorum Lipsensium.

31. Quomodo Reus puniri debeat, sine quidem ex certis indicis de parricidio constet, num. 33.

34. Indicium sufficiens ad irrogandam pœnam gladii.

35. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 36. 37. 38. 39. 40.

41. Ad nudam Rei confessionem delinquenti pœna mortis irroganda haud est.

42. Sed solum fustigatio ac perpetuarelegatio.

43. Sententia Scabinorum Lipsensium.

nem. n. 78. vers. fallit. tamen. Paris. conf. 75. num. 18. lib. 1. Dec. in c. licet causam. n. 12. in fin. de probat. Boer. de is. 164. n. 4. Alex. conf. 24. col. fin. libr. 2. Aliud tamen certè statuendum est in delictis facti permanentis, quod scilicet oculis subiici potest, & cujus remanere solent vestigia; ut homicidio, incendio, parricidio & similibus, Tunc enim nisi per inspectionem seu visitationem factam appareat delictum fuisse commissum, non poterit Reus ex solâ confessione condemnari, Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 55. n. 11.

Quod ipsum quoque convenit Iuri Divino, 6 Dent. cap. 17. ubi qui populo nunciatus fuerit, contra legem Domini alienis Diis servuisse, & eos adorasse, tum demum lapidibus obrui jubeatur, si habita diligenti inquisitione verum populus repererit, quod nunciatum fuit, & factam fuisse abominationem in Israel.

Quia ergo parricidium delictum est facti permanentis, utique iudex pœnam ordinariam pro crimine hoc jure constitutam, dicere nequit, nisi plenè & liquidè constet de corpore delicti. Reinb. Rosa ad Dan. Moller. Conf. Elect. 3. part. 4. n. 16. Jacob. Schult. ad Matth. Coler. de 158. n. 7. part. 1. Anton. Tessaur. decis. 13. circa fin. Petr. Theod. in coll. crim. disp. 7. th. 8. lit. G.

Liquidè autem & plenè dicitur constare de corpore delicti in parricidio, quando hoc probatur per aspectum cadaveris. Gandin. in tit. de præsumpt. & indic. indub. col. 2. n. 6. vers. aliud etiam notatu dignum. Ut si iudex vel curia illius cadaver occisum oculis subiiciat. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 4. vers. quando verò Blanc. in pract. in pr. num. 3. Ideoque cautus iudex solet perquiri facere cadavera eorum qui occisi sunt, eaque si fuerint sepulta, exhumari, ut certus fiat ante omnia de corpore delicti. Iul. Clar. dict. §. fin. quæst. 55. n. 1.

Quod ipsum quoque in practicâ quotidie observatur, dum Reus ante omnia examinari solet, ubi binam locorum cadaver sepeliit vel projecit & confessione factâ ad locum denominatum ipsemet Reus quandoque deducitur, ut præcisè eum demonstret, ubi postea cadaver diligentissime perquiritur, ac in terrâ defossus exhumatur, quo certus fiat iudex de corpore parricidii.

Imò si Reus crimen confessus & in confessione perseverans locum, in quem cadaver proiecit, indicare nolit, vel etiam dubitative respondeat, aut dicat se locum non recordari, sub tormentis interrogari poterit. Et si enim tortura regulariter locum non habeat, nisi constet de corpore delicti, l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. Bartol.

*Bartol. in l. fin. col. 1. in fin. vers. & ad evidentiam. ff. de quaest. Angel. de malef. in verb. quod fama publica n. 108. Farin. part. 1. oper. crim. quaest. 38. nu. 2. Egid. Bossius sub tit. de indi. n. 14. Plotus inter conf. crim. divers. conf. 132. n. 22. Illud tamen solum verum est, quando reus interrogari debet super ipso delicto an scilicet hoc commiserit vel non; secus verò quando delictum præcedentibus indicis spontè confessus, & in confessione illa perseverat, circumstantias autem & locum ubi delictum, homicidium, vel parricidium perpetravit, vel corpus hominis occisi projecit, indicare nolit: quo casu non dubito, Reum, licet nõ semper torture subiciatur, terreri tamen, ad locum tormentorum duci, ac quandoque ligari posse. Territio enim maximè si fiat absque ligatura, propriè tortura non est. *Gand. in rubr. de quaest. & torm. n. 36. Tiraguell. in tract. de reb. exig. pag. 34. vers. 11. Bossius in tit. de tortura num. 15. Marsil. conf. 80. n. 27 & conf. 103. n. 28.**

Et ita à Scabinis sapissimè prouunciatum memini.

Neque silentio prætereundum est, quòd in parricidio dicatur constare de corpore delicti, modò cadaver hominis occisi oculis subiciatur, licet non vulnus, cicatrix, aliudvè signum in cadavere appareat, ex quo colligi possit, impias manus ipsi illatas fuisse, quamvis multò certior reddatur iudex, si etiam de ictu aut vulnere lethali constet. Etsi enim Const. Crim. Carol. art. 149. inspectionem vulneris necessariò requirere videatur, in tantum, ut iudicis officium sit, describere seu describi facere omnia vulnera particulariter cum omnibus qualitatibus suis, & cum quo genere armorum, an punctim vel casum illata videantur: *Angel. in l. si in rixam. nu. 2. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. l. ubi. Clar. in pract. §. fin. quaest. 4. n. 4. Prosper. Farin. par. 1. oper. crim. quaest. 2. num. 5. Iodoc. Damboud. in pract. tit. de inspect. occis. cap. 75. num. 1.* Verum tamen istud solummodò est in homicidio, de quo etiam d. *Const. Crimin. ut & d. allegati loquuntur*, ubi inspectio vulneris propterea necessariò requiritur, quòd uti dictum *supra quaest. 1.* pœnà homicidii teneatur is quoq;, qui non habuit animum occidendi, vulnus tamen lethale dolosè infixit: priusquam ergò pœnà gladii in homicidio Reo afficiatur, de vulnere lethali & quòd exinde occisus reverà mortuus fuerit, constare debet; Quæ ratio deficit in crimine parricidii, quippè quòd pœnà ordinaria non vindicatur, nisi delinquens parricidium ex proposito & animo occidendi commiserit, *Const. Elect. 3. part. 4.* sufficit ergò hîc, si Reus confiteatur, se ex proposito & animo deliberato parricidium perpetrasse, occisumque corpus oculis iudicis subiciatur.

14 Et certè si aliud diceretur, infinita infanticidia impunita remanerent, cum sapissimè meretrices infantes necantes digitum vel linteum in os infantis immittendo, eum suffocant; quo casu in corpore occisi infantis neque vulnus, nec cicatrix, neq; concussio aliqua, aliudvè signum apparet, Vnde quoq; istud evenit, quòd iudex in parricidii crimine pœnam ordinariam tutò dictare queat, si quidem totum corpus occisi infantis oculis non subiciatur, ossa tamen

vel luctanium infantis, eo in loco, quem reus significavit, reperta fuerint.

Veluti sic versus Döblinisch, ad consultationem 15 Quæstoris Mens. Aug. Anno 1603. & aliàs sapissimè prouunciatum scio.

Seci: *Quid si Reus confiteatur, se cadaver hominis occisi in mare aut aquam profluentem, aut etiã eam vel subius devoratum projecisse, ita ut præter omnem diligentiam adhibitam, istud reperiri non potuerit, anne semper pœna ordinaria Culei, vel Rota, deficiente flumine remittenda erit.*

Quòd quidem ex supra dictis sequitur: deficiente enim corpore delicti. Reum nequaquã pœnã ordinariã afficiendum esse, antea probatum fuit, Et in terminis terminantibus, si Reus confiteatur se occidisse hominem propè littus maris, & illum in mare projecisse, nisi de corpore delicti constet, pœnam ordinariam non obtinere, tradunt Bald. in addit. ad Specul. in tit. de sent. col. pen. vers. Titius fuit confessus, & in l. cum probatio, in addit. ff. de probat. Angel. in l. centum, in pr. in vers. in textu ff. de confess. Alex. con. 19. col. 2. vol. 2. Boss. in tit. de delict. n. 15. Foller. in pract. crimin. verb. & si confitebuntur. n. 34. Igne: in l. 1. §. ut illud n. 4. ff. ad Syllan Brun. de indic. part. 2. quaest. 6. n. 11. Rolan. consil. §. 1. n. 13. vol. 1. & conf. 17. num. 26. vol. 3.

Verum cum evidentiã facti sive delicti perpetrati ex conjecturis ferè infallibilibus & indicis urgentissimis quandoq; appareat, puto iudicem à vero ne unquam aberrare, si concurrentibus eius modi indicis pregnantibus cum confessione Rei constante ac reiteratã pœnam ordinariam parricidii dicitur.

17 *Decisio Quæstion.*
Primo enim certum est, quòd in delictis occultis & difficilis probationis sufficiat, constare de corpore delicti per coniecturas validas & iure approbatas, Bossius in tit. de delict. n. 20. Foller. in pract. crim. verb. capiat informationem nu. 78. vers. fallit tamen Gabriel. concl. 17. n. 14. lib. 7. Jul. Clar. in pract. §. fin. quaest. 66. in pr.

19 Quamvis autem Doctores hoc ipsum restringant ad delicta facti transeuntis cuius nulla solent remanere vestigia; ut sunt Sodomia, adulterium, & stuprum &c. prout de hisce supra dicti Doctores loquuntur, *Farin. part. 1. oper. crim. quaest. 2. n. 12. Paris. conf. 75. n. 18. lib. 1. Dec. in c. licet causam num. 12. in fin. de probat. Boer. decis. 164. n. 4. Alex. conf. 24. col. fin. lib. 2.* Non tamen video, cur hoc ipsum ad delicta facti permanentis, de quo tamen nullatenus constare potest, extendi nequeat. Etenim non nego in delictis facti permanentis, quale etiam est parricidium, regulariter pœnam ordinariam sibi haud locum vindicare, priusquam ex inspectione cadaveris de corpore delicti constet, adeoque iudici incumbere, omnib. modis laborare, quo cadaver hominis occisi producat & oculis subiciatur. At si præter omnem adhibitam diligentiam hoc fieri nequeat, veluti in casu quo cadaver in mare fuerit proiectum, aut à subius vel canibus devoratum. ad sint tamen indicia indubitata & in delictis facti transeuntis ad condemnandũ sufficientia certè quò parricidii debito modo puniatur, meo iudicio iudex pœnam ordinariam dicitans ne unquam à vero & æquo aberrat, aut certè

certè ratio diversitatis danda est, quare in delictis facti transeuntis sufficiant conjecturæ validæ & approbatæ ad condemnandum, quæ tamen sufficientes non sunt ad pœnam in delicto facti regulariter quidem permanentis eò tamè redacti, ut nullo modo haberi ac oculis conspici queat. Quod & voluisse videtur Carolus V. Imp. in *Constit. Crim. art. 6.* hoc ipsum, an scilicet delictum probatum fuerit, necne, arbitrio iudicis relinquens, *in verb.* Darzu soll auch ein jeder Richter in dieser grossen Sachen vor der peinlichen Frage, so viel möglich und nach Gestalt un Gelegenheit einer jeden Sachen beschehen kan / sicher kundigen und fleissig nachfragen haben / ob die Missethat beschehen sey oder nicht ic.

20 *Secundo:* Negari non potest, conjecturas atque indicia valida & in jure approbata semiplenam facere probationem. *Mascard. de probat. lib. 1. quæst. 15. n. 4. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. n. 2. vers. advertendum & c. Inl. Clar. in pract. §. fin. quæst. 20. in pr. ibi: & hoc ego credo & c.*

21 In delictis autem, quæ difficilis sunt probationis, semiplena & conjecturata probatio accedente confessione Rei pro plenâ & concludenti probatione habetur, *Bald. in l. quicumque col. 6. vers. octavo nota. C. de serv. fugit. Dec. in c. licet cau. am. n. 12. in fin. de probat. Boer. decis. 164. n. 4. Prosper. Farinac. d. quæst. 2. num. 12. ubi plures allegat.*

22 *Tertio:* Suffragatur quoque hæc Const. Crim. Carol. art. 60. ibi: So auff erfundene redliche Anzeigung/etner Missethat halben /peinliche Frage fürgen ommen/auch auff Bekentniß des Gefragten / fleissige / mögliche Erfundigung und Nachfrage bescheide und in derselben benannter That halben solche Warheit befunden würde / die kein Unschuldiger also sagen und wissen könnte / alsdenn ist derselben Bekentniß unzweifflicher bestendiger Weise zuglauben / und nach gestalt der Sachen peinliche Straffe darauf zu urtheilen / ic. Ex quibus haud obscure apparet, ex coniecturis probabilibus & circumstantiis concurrentibus confessioni plenam & indubitam fidem adhibendam esse.

23 Et ita sentit *Gandin. in tit. de presump. col. 2. vers. aliquid etiam notatu dignum; & c.* à cuius opinione temerarium est recedere, juxta *Paul. de Castro, consil. 196. col. fin. eumq. principem haberi in maleficiis. testatur Fulgos. consil. 107. col. 2. & Gandin. assentitur Bossius in tit. de delict. nu. 17. & Inl. Clar. in pract. §. fin. quæst. 55. n. 11. circa fin.*

24 *Q. 3. Quænam indicia ad probationem corporis delicti in parricidio sint sufficientia?* Non tamen quævis coniecturæ & indicia sufficiunt ad hoc ut iudex confessioni plenam fidem adhibere, ordinariamque pœnam dictare queat, sed solum ea, quæ validissima, urgentissima, & jure approbata sunt, ideoque iudex priusquam certi quid statuat, pœnamque ordinariam imponat, omnia ac singula indicia exactissimè considerare atque examinare debet.

25 In specie autem videtur indicium sufficiens in casu suprascripto, quo cadaver hominis occisi in mare fuit projectum, si Reus confiteatur, se occidisse hominem cognitum & certum, de cuius vita facile liquere potest, qui tamen non reperitur: igitur ex necessaria consequentia dici-

tur liquere de eius morte, & propterea sequi potest condemnatio consentientis se illum occidisse, & in mare projecisse, iuncto tamen adhuc alio adminiculo, veluti famæ aut sanguinis reperti in loco perpetrati delicti, *Inl. Clar. dict. qu. 55. n. 11. Boss. dict. tit. de delict. n. 15. Prosper. Farinac. dict. quæst. 2. n. 9.*

Et iuxta hanc doctrinam Scabini Rota supplicium dict. verunt M. S. qui viricum suum necaverat, & in flumen protecerat. Etsi enim de corpore delicti hoc casu non constat, istud tamen revera perpetratum fuisse, certò coniecturaverunt Domini exinde, quod occisus repertus non fuit, cui accessu fama communis de parricidio commisso, quod & socii criminis confessi fuerunt; Neque fessit eos hac coniectura, quia post factam executionem, spatio unius ferè mensis effluo, cadaver occisi virici à Piscatoribus in aqua repertum fuit. Formalia istius sententia fuerunt hæc: Ob nun wol desselben todte Körper bißhero uff fleissige Nachforschung im Wasser nicht gefunden werden können. So haben doch vier abgehörte Personen vormittels ihres leiblichen Endes berichtet / daß sie .s. den Steffvater denselben Abend wie Ex umkommen / von Eulenberg frisch und gesund ins Dorff kommen gesehen / welcher aber hernach und biß dahero von ihnen und andern ferner nicht gesehen worden & c. Do nun der Gefangene auff seinem gehauen bekantniß vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte er von wegen solcher an seinem Steffvater begangenen und bekanten vorzüglich Mordthat mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden / B. N. W. Verjus Grubnau / ad consilium aitionem Philippi Spiegelis / Mens. Febr. Anno 1610.

Indicium quoque sufficiens est ad condemnationem, si testis unicus iurato deponat, se corpus delicti, cadaver scilicet occisi hominis vidisse; nam & unicus testis omni exceptione maior de visu deponens indicium facit ad torturam, *l. maritus ff. de question. Inl. Clar. in pract. §. si corpus delicti quæst. 21. vers. unus testis, ubi multos alleg. Prosper. Farinac. quæst. 36. n. 22. Brun. à Sol. in cons. crim. n. 39. & seqq. Mascard. de probat. l. 2. concl. 89. 4. n. 5. & lib. 3. concl. 360. n. 5. Et unum testem de visu regulariter facere semiplenam probationem, asserit & probat Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. n. 2. Cum quâ semiplenam probationem si concurrat aliud adhuc adminiculum, veluti famæ aut sanguinis reperti & c. puro confessionem Rei, hoc casu sufficienter indicium vestitam esse, ita ut ordinaria pœna à iudice tunc dictari queat.*

Veluti sic etiam pronunciant Scabini: Ob man nun gleich das Kind / weil es unter das Eyßtomm in Wasser nicht finden können / Do aber dennoch Eva Georg Tischels Tochter unnd Thomas Dölschen Weib ihre Aussage daß sie nemlichen das Geblüt als Anzeigung der Geburt im Hause / und insonderheit Eva Tischels / daß sie auch das Kind uffm Mist mit Aichen biß uffs Köpfflein zugescharret gewesen / unnd die Gefangene dasselbe wiederum hinweg tragen sehen / auff vorgehenden gewöhnlichen Zeugen End wiederholen / unnd die Gefangene auff ihrem gehanen bekantniß vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte sie von wegen solcher an ihren Kinde begangenen Mordthat / zusambt einem Hunde / Hahn / Schlang

Q. 4. An & quænam per nuncium tantum corpus delicti quæst. 21. vers. unus testis, ubi multos alleg. Prosper. Farinac. quæst. 36. n. 22. Brun. à Sol. in cons. crim. n. 39. & seqq. Mascard. de probat. l. 2. concl. 89. 4. n. 5. & lib. 3. concl. 360. n. 5. Et unum testem de visu regulariter facere semiplenam probationem, asserit & probat Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. n. 2. Cum quâ semiplenam probationem si concurrat aliud adhuc adminiculum, veluti famæ aut sanguinis reperti & c. puro confessionem Rei, hoc casu sufficienter indicium vestitam esse, ita ut ordinaria pœna à iudice tunc dictari queat.

Q. 4. An & quænam per nuncium tantum corpus delicti quæst. 21. vers. unus testis, ubi multos alleg. Prosper. Farinac. quæst. 36. n. 22. Brun. à Sol. in cons. crim. n. 39. & seqq. Mascard. de probat. l. 2. concl. 89. 4. n. 5. & lib. 3. concl. 360. n. 5. Et unum testem de visu regulariter facere semiplenam probationem, asserit & probat Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. n. 2. Cum quâ semiplenam probationem si concurrat aliud adhuc adminiculum, veluti famæ aut sanguinis reperti & c. puro confessionem Rei, hoc casu sufficienter indicium vestitam esse, ita ut ordinaria pœna à iudice tunc dictari queat.

Schlangen/und Kagen an statt eines Affen / in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen und ertrendet/ oder da die Gelegenheit des Wassers nicht vorhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden. B. R. W. An Richter und Schöppen zu Regau / 11. April. An. 1600.

29 **Q. Num** *secundina* *probat* *corp. de-* *lict. in cri-* *mine in-* *fanticidij?*
Arbitrati quoque fuere Scabini, indicium sufficiens esse ad dictandam pœnam ordinariam in punto infanticidii, de cuius veritate & corpore non constat, si nempe testes viderint secundinas, & vestes mulieris sanguine cõspersas, adminiculis adhuc quibusdam aliis concurrentibus.

30 *Quemadmodum ita responderunt ad requisitionem Bernhards à Starschodels:* Dieweil aber gleichwol neben der Gefangenen gütlichen und peintlichen zu unterschiedenen mahlen gehaltenen Bekantniß als lertley Vermuthungen in den Act. und von euch angeführet werden / und unter andern dieses / daß der Gefangenen Mutter unterschiedlich belande unnd außgesagt / daß ihre Tochter ihr die Afftergeburt zugestellet / welche Sie genommen und ins Wasser geworffen / und daß sie auch die blutige Linnen / so ihre Tochter in der Geburt gebrauchte / gewaschen / welches dann die abgehörte Zeugen und Nachbarn gleichfals gesehen und die Gefangene es auch gestanden / daß sie ihrer Mutter die Afftergeburt zwey Tage nach der Geburt gegeben unnd zugestellet / unnd daß der Wehemutter Bericht nach / vorherübrete Afftergeburt ohne das Kind nicht von ihrem Leibe kommen / darauf dann abzunehmen und zuschließen / daß ein Kind gewißlich vorhanden gewesen / und von ihr zur Welt gebohren seyn muß / und auß gemeinen Wahn und Schluß der Rechtsgelehrten dafür gehalten wird / daß man neben dem Bekantniß solche *indicia* und Vermuthungen von einem ermordeten und unangebrachten Menschen vorhanden / welche auff ein gewisses *corp. delicti* gerichtet / wie in diesem gegenwertigen Fall / daß auch also dann / wenn gleich der todte Körper nicht gefunden und angetroffen / eine solche am Leben gestrafft werde könne &c. So möchete die Gefangene v. F. wofern sie auff ihrem gehaltenen Bekantniß für Gerichte freywillig verharren / oder detselben wie recht überwiesen würde / wegen solcher an ihrem Kinde begangenen unnd belandten Mordthat / sambt einem Hunde / Hahn / einer Schlange / unnd Kagen an statt eines Affen / in einen Sack gesteckt ins Wasser geworffen unnd ertrendet / oder da die Gelegenheit des Wassers des Orts nicht vorhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. R. W. *Monse Maio, Anno 1614.*

Hæcque verissima sunt, quando ex *indiciis* urgentissimis ac sufficientissimis constat, crimen parricidii perpetratum fuisse. Quod si vero *indicia* & argumenta talia non sint, ut ex *illis* factum certo colligi possit, aut si iudex saltem dubitet an *indicia* sint sufficientia & clara ad pœnam ordinariam infligendam, nollem suator esse, ut hoc casu severius agat, & pœnam ordinariam parricidii decernat, ne forsitan per id macula conscientie inureretur.

31 **Q. s. Quo-** *modo Reus* *parricidij* *confessus* *ab omni pœnâ* *erit immunis?* Neutiquam sanè. Absurdum enim esset, eum qui delictum & quidem tam atrox, quale parricidium est, confitetur, & in confessione reitetatâ perseverat, prorsus absolvere, & nescio, ex quâ clementiâ vel commiseratione non affectata & intèpestivâ iudex hoc facere possit. Ideoq; puto, distinguendum esse, An cum confessione Rei concurrant quædam *indicia* & coniecturæ, ita ut confessio iisdem aliquo modo vestita sit;

An verò confessio ad sit Rei nuda, omnib. argumentis, notis & coniecturis probabilibus destituta.

* *Priori casu*, si ultra confessionem Rei *indicia* licet non urgentissima & sufficientia ad pœnam ordinariâ, probabilia tamen & per sese urgentia adsint, ex quib. aliquomodo iudex coniecturare potest, parricidium fuisse commissum, pœnam Legis Corneliæ de sicariis, gladii nimirum, Reo dictandam esse existimo.

Nam, uti supra dictum, etiam in delictis quandoq; probatio coniecturata pro plena & 34 concludenti habetur. *Prosper Farinac. part. 1. oper. crimin. quest. 2. numer. 12. Boer decis. 164. numer. 4. Dec. in cap. licet causam, num. 12. in fin. de probat.* Licet ergo parricidium ex coniecturis & *indiciis* sese offerentibus plene probatum non fuerit, ut pœna ordinaria imponi possit, concludendum tamen ex iisdem ad minimum præsumptivè parricidium fuisse perpetratum, ita ut pœna mortis dictari queat. *Egid. Boss. de delict. numer. 19. Hartman. Pistor. observat. 33. numer. 41. ubi allegat. Iason. in l. iurisiurandum quod ex conventionione, §. procurator. numer. 23. de iur. iur. & Chassan. in consuetud. Burgund. tit. 1. §. 5. numer. 40.*

Non tamen quævis indistinctè coniecturæ 33 & *indicia* sufficientia sunt ad dictandam pœnam gladii, sed solum probabilia & verisimilia, ex quibus aliquo modo concludi potest, parricidium fuisse commissum, quæ res fere tota arbitrio iudicis prudentis committenda est.

* In infanticidio certè Scabini coniecturam probabilem atq; verisimilem iudicant, si constet, mulierem quæ infanticidium falsa est, peperisse, idque vel ex inspectione obstetricum iuratarum, vel ex graviditate mulieris, quæ repente rursus cessavit; Quo casu mulieri infanticidium confessæ pœnam gladii dictare solent, aliis præsertim adminiculis concurrentibus.

Est enim per eiusmodi indicium infanticidium non sufficienter probatum sit, fieri enim potuit, ut mulier infantem vivum exposuerit, vel mortuum pepererit; Attamen quia certò constat mulierem infantem, & (ut in dubio præsumitur) vivum procreasse, qui tamen non reperitur, utique confessioni fides adhibenda est, vel solum ad hoc ut pœna gladii infligatur, siquidem & hoc casu ad torturam deveniri potest iuxta Sanctionem Carolinam Crimin. in art. 35. Vide infra part. 3. quest. 122. n. 19.

Quemadmodum Scabini sapissimè pronuntiarunt, utpote versus Weissen 1 in casu quo A. P. infantem occisum suis devorandum proferat: Ob man nun wol das ermordete Kind bey solchen Zustande nicht erlangen können / dieweil man aber gewisse Nachricht erlanget / daß die Gefangene schwangers Leibes gewesen / hernach aber die Frucht von ihr heimlich hinweg kommen / unnd sich verlohren / daher dann gar wol zuvermuthen / daß ein Kind vorhanden gewesen / und sie bekandter massen dasselbe umgebracht / &c. So mag sie gestalten Sachen nach und auß ob angezogener Vermuthung / an statt der Erkundigung in dieser bösen That gehalten wird / wofern sie auff ihrem gehaltenen Bekantniß vor Gerichte freywillig verharren /

- oder des sonst wie recht überwiesen würde/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft und gerichtet werden/ *B. N. W. An Stiffts Syndicum, Mens. Nov. An. 1617.*
- 36 *Simili modo pronunciatum, quando A. N. infantem vivum humaverat, cuius cadaver tamen in loco designato non poterat reperiri: Die weil aber dens noch durch der vormittels Endes abgehörter Zeugen Aussage/ gewisse Nachricht vorhanden/ daß die Gefangene schwangers Leibes gewesen/ hernach aber die Frucht von ihr heimlich hinweg kommen/ und sich verlohren/ daher dann gar wol zu vermuthen / daß sie eines Kindes genesen/ und damit ihren Betänntniß nach umgangen/ und solches ermordet/ ic. So möchte sie von wegen solcher begangenen und beandten Mißhandlung und Verbrechen/ gestalten Sachen nach/ und auß ob angeführten Vermuthungen / so an statt der Ertündigung in dieser bösen That iustalten/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ *B. N. W. Ad requisitionem Praefati Gymnasii Elect. Misnensis Mens, Mart. Anno 1621.**
- 37 *It. Ad consultationem Theodorici à Schleinitz/ in casu, quo sues infantem devoraverant: So möchte sie wegen ihrer begangenen Mißhandlung gestalten Sachen nach/ weil man den Körper des ermordeten Kindes nit haben können/ und doch gleichwol gewisse Nachricht vorhanden/ daß sie schwägers Leibes gewesen / mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ *B. N. W. M. April. Anno 1620.**
- 38 *Et in casu simili versus Bornam, ad Iudicem Oppidanum, M. Febr. Anno 1623. Versus Augustusburg/ ad Quastorem, M. Majo. Anno 1624.*
- 39 *Eadem poena dictata meretrici cuiusdam, qua infantem eani devorandum obiecerat, versus Zöribigl/ an Wengel Nauweggen/ M. April Anno 1595.*
- 40 *Pariter responsum ad consultationem Theodorici à Schleinitz, quum A. H. infantem occisum in aquam projecerat, quo casu etiam sanguis in loco à Rea denominato fuerat repertus, Mens. Aug. Anno 1628.*
- It. Ad consultationem Quastoris Dippoldis vvaldenis, M. Aug. Anno 1605.*
- It. Ad Iudicem & Scabinos Pegavienses, M. Jul. Anno 1621.*
- 41 *At casu posteriori, quando præter confessionem inquisiti nulla profus indicia & argumenta occurrunt, vel saltem leviuscula, ex quibus parricidium perpetratum nullo modo conjecturari potest, poena mortis Reus affici non debet, Ex sola & nuda confessione enim ad mortem nemo condemnandus est Paris. de Puteo in tract. de Syndic. verb. confessio Alex. conf. 19. vol. 7. Hyppol. conf. 8. n. 2 & conf. 14. n. 18. & conf. 22. n. 9. & conf. 40. n. 6. conf. 49. n. 11. & conf. 53. n. 13. Tho. Grammat. decis. 1. n. 38. & decis. 38. & conf. 6. n. 4. Guid. Pap. Qu. st. 339 in fin. Cravet conf. 48. n. 7. & conf. 244 in pr. & conf. 260 liso in l. iusturandum quod ex conventionione § procurator n. 23. de iure iur. Chassan. in conf. Burgund. tit. 1. §. 5. n. 40. Harim. Pistor. observ. 33. n. 40 Boer. de iur. 164. n. 9. Folger. in pract. crim. in verb. est confitebantur, n. 33.*
- Arbitraria tamen poena fustigationis nimirum, vel ad minimum relegationis perpetuae, Reum hoc casu plectendum esse, puto. Siquidem & in aliis criminibus, ut adulterio & furto, ad nudam Rei confessionem, quando de corpore delicti non constat, fustigatio cum perpetua relegatione dictari solet, uti notissimum est ex Constit. Elect. 33. part. 4. Harim. Pistor. observat. 33. & 34.
- Quam sententiam in pronunciatum sequuntur quotidiè Scabini, prout responderunt versus Lauchstädt: Obwol die Gefangene sich zum Kindes mord betant/ ic. Die weil aber dennoch das Kind von niemands gesehen noch auch im Saalstrom gefunden worden/ ic. So mag auch die Gefangene auff ihr blosses Betänntniß am Leben nicht gestrafft werden; Sie wird aber gleichwol mit Setaupenschlagen des Landes ewig verwiesen/ *B. N. W. M. Nov. Anno 1603.**
- Versus Wuttembergam, ad requisitionem Quastoris, Mens. Decemb. An. 1603.*
- It. An Antevotigt zu Dschag/ Mens. Sept. Anno 1624.*
- Perpetua autem relegatio dictata fuit V. VV. bis torta ob crimen infanticidii: Obwol V. VV. sich darzu betant/ die weil man aber dennoch im Stalle/ dahin die Gefangene ihr Kind vergraben haben wil/ ungeachtet man sie an den Ort geführet/ und derselbe durch den Todengräber auffgraben worden/ kein Kind gefunden/ und man also gar keine Nachricht vom Kinde oder desselben Gebeinen erlangen können/ ic. So mag auch die Gefangene gestalten Sachen nach/ weil man des ermordeten Kindes halber keine gewisse Ertündigung haben kan/ an Leib oder Leben nicht gestrafft werden/ sie wird aber gleichwol über die zum andern mal erlittene tortur und Gefängniß mit ewiger Landesverweisung bittlich in Setaff genommen/ *B. N. W. An Schösser zu Salsza/ M. April. An. 1608.**

QVÆSTIO XVII.

Quomodo Conatus in crimine parricidii puniri debeat?

S V M M A R I A.

1. Refertur opinio eorum, qui pro attentato parricidii ordinariam panam irrogandam esse, arbitrantur. num. 3. 4.
2. Maxime si veneno parricidium sit attentatum.
5. Contrarium sentientium opinio. n. 7. 8. 9.
6. De consuetudine generali conatus non punitur poenâ ordinariâ. n. 14.
10. Vera decisio, n. 11. 12. 13.
15. Dispositio Iuris Saxonici hæc de re, n. 17.
16. Ordinationis criminalis Caroli V. Imper.
18. Quenam poena pro attentato parricidii infligenda sit: n. 19. 20.
21. Si delinquens ad actum proximum de venerit & damnum irrecuperabile datum fuerit, n. 22. 23. 24.
25. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 26. 27. 28.
29. Attentatum parricidii absque damno dato irrecuperabili. n. 30.
31. Mitior poena semper est eligenda.
35. Sententia Scabinorum Lipsensium, numer. 33. 34. 35.
36. Conatus parricidii in actu remoto subsistens, numer. 37.
38. Responsum Scabinorum Lipsensium.

Tertius

Tertius Casus, quò pœna parricidii ordinaria cessat, conatum huius delicti concernit; Si nimirum crimen parricidii attentatum & in actum quoque deductum, sed non plenè consummatum fuerit.

- 1 Quod ipsum tamen omni dubio non caret; Sunt enim quamplurimi qui audacter asseverant, in parricidio ceu atrocissimo delicto pœnam ordinariam obtinere, etiamsi crimen hoc solùm attentatum, non etiam consummatum fuerit, & sic conatum puniri supplicio ordinario, effectu non secuto, *Hyppol. de Marsil. ad l. 1. in fin. n. 8. ff. ad Leg. Pompei. de Parricid. gloss. in §. alia deinde lex, 6. in verb. preparaverit, Instit. de publ. iudic. Hostiens. in summar. de his qui fil. occid. §. 1. n. 1. vers. sed & si quis & c. Bonifac. de Vital. in tit. de parricid. & assass. §. 9. num. 2. & numer. 41. Matth. Berlich part. 4. conclus. 6. n. 45. Iodo. Damhouder in pract. crimin. cap. 87. nu. 5. Prosper. Farinac. part. 5. oper. crim. quest. 120. num. 147. & 152. Jacob. Menoch. lib. 2. arbit. iudic. quest. cent. 4. cas. 356. n. 21. Ludov. Gilhaus. in arbor. iud. crim. cap. 2. tit. 14. num. 6. Dom. Cardin. Tusch tom. 6. pract. concl. lit. P. concl. 90. num. 22. & seqq. Iob. Harppr. in §. alia deinde lex. 6. numer. 11. Instit. de publ. iud. Iacob. Cuiac. lib. 15. observat. 25. Nicol. Boer. decis. 316. num. 2. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 14. num. 19. & 20.*

- 2 Idque eò magis obtinere autumant in casu, quo parricidium cum veneno fuit attentatum, quum l. 1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. loquatur expressè de filio, qui emerit venenum ut patri daret, quamvis non potuerit dare, *Angel. ad dict. l. 1. n. 1. Salycet. in l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. Iodo. Damhouder. dict. cap. 87. num. 5. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 22. num. 19. & numer. 32. Baiard. ad Iul. Clar. §. parricidium. post num. 16.*

- 3 Hoc ipsum velle videtur Imper. Justinianus in §. alia deinde lex, 6. Instit. de publ. iud. in verb. *Si quis parentis aut filii, aut omnino affectionis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata preparaverit, sive clam sive palam id ausus fuerit & c.* Quæ verba etiam habentur in l. un. C. de his qui par. vel liber. occid. Vnde sequitur pœnâ parricidii teneri non solùm eum qui parentes vel liberos occidit, sed & qui eosdem occidere ausus fuerit, seu attentaverit.

- 4 Maximè cum juxta communem ferè Doctorum opinionem pro delictis præsertim atrocissimis attentatis eadem pœna imponenda sit, quæ pro delictis consummatis solet imponi. *Albert. & Dd. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & Cler. Salyc. & Hyppol. de Marsil. in l. is qui cum telo. C. ad Leg. Cornel. de fscar. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quest. 124. n. 8. & 11. Nicol. Boer. decis. 315. nu. 4. Claud. ad Bertaz. cons. 123. lit. A. Bald. in l. si fugitivi n. 2. in fin. vers. sed in atrocissimis, C. de serv. fugit. Covarr. in Clem. si furiosus part. 2. §. initium n. 6. vers. contraria tamen sententia, de homic. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. c. 21. n. 4. vers. quare in hoc gravissimo crimine Brun. à Sol. quest. 34. n. 34. in fin.*

- 5 Econtrâ arbitratur alii, pœnam ordinariam

parricidii non imponendam esse pro conatu, licet is etiam ad actum parricidii proximum pervenerit, *Matth. VVesemb. in §. alia deinde lex. 6. Instit. de publ. iudic. n. 4. vers. ceterum cum hoc in Lege Cornelia, & in supplem. ad Schneidvvin. ibid. n. 4. vers. ceterum cum hoc & seq. August. in add. ad Angel. tract. malefic. verb. & ex intervallo n. 16. post med. vers. item adde & c. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. de homic. & assass. §. 9. n. 5.*

6 Quorum sententia fundata est in consuetudine generali, quæ attentatum seu conatum nõ puniri permittit ordinariâ criminis pœnâ, nisi sequatur effectus, de qua attestantur Doctores ferè omnes. *Specul. in tit. de accusat. §. 1. n. 7. in fin. Alexand. cons. 15. post n. 2. lib. 1. & cons. 140. n. 2. lib. 2. Iason. in l. 1. §. fin. in fin. ff. quod quisq. iur. Gand. de malef. in tit. de reb. non portand. Bertram. consil. 169. n. 1. lib. 3. Nicol. Boer. dec. 316. n. 3. Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 3. n. 30. Iul. Clar. in pract. §. fin. quest. 92. n. 1. Prosp. Farin. part. 5. oper. crim. qu. 124. n. 78. Andr. Tiraquell. de pœn. temp. eaus. 37. n. 3. Hyppol. de Marsil. in l. qui falsam n. 14. in fin. & n. 24. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Egid. Boss. in tit. de homicid. n. 12. Iacob. Menoch. de arbit. iud. quest. lib. 2. cas. 360. n. 92. & alii quamplurimi quos refert Iul. Clar. & Farin. dd. locis.*

7 Licet ergò fortassis contrarium quoad crimen parricidii ex Iure Civili deduci posset; atamen istud nequaquam attendendum, sed potius generali totius mûndi consuetudini inhærendum esset.

8 Neque etiam ex l. 1. ad Leg. Pompei. de parricid. uti vulgò patant, probari potest, filium e mentem venenum ut patri daret, quamvis non potuerit dare, pœnâ parricidii ordinaria afficiendum esse. Vti enim sæpius dictum fuit, non agitur principaliter in d. l. 1. de pœna Culei vel Rotæ deficiente copia fluminis, sed de pœna mortis in genere, qua omnes afficiendi sunt, qui parricidium committunt, & quorum ibidem fit mentio; Quo genere & modo supplicii autè unus vel alter plectendus non exprimitur, & si aliud diceretur, sequeretur exinde, pari pœna puniri filium occidentem parentes, ac eum qui fratrem aut consobrinum occidit, quod tamen dictu absurdum, prout sentit gloss. in d. l. 1. & Hostiens. in summ. de his qui fil. Imò si quis verbis d. l. 1. strictissimè vellet inhære, is sanè nihil aliud evincere posset, quàm quod filius emens venenum ut patri daret, licet non potuerit dare, teneatur pœna Legis Corneliæ de sicarijs, de qua verba finalia d. l. 1. manifestissimè loquuntur: quàm multum verò differat hæc pœna legis Corneliæ à pœna parricidii, omnibus notum est.

9 Maioris momenti quoque non est argumentum desumptum ex §. alia deinde lex. 6. Instit. de publ. iudic. & l. un. C. de his qui par. vel liber. occid. præterquam enim quod verba hæc (sive clam, sive palam id ausus fuerit) cum effectu sunt accipienda, Imp. ibidem eximere voluerunt à pœna ordinaria culei eos qui parricidium committunt, præter ipsorum voluntatem & intentionem, neq; id facere unquam ausi fuerunt.

10 In hac ergò Doctorum atq; Interpp. contrarietate, sicuti in aliis delictis, ita etiam in crimine parricidii nonnulli varias & diversas tradunt distinctiones, quibus opiniones invicem contrarias conciliare conantur. Distinguunt enim alii inter pœnam ordinariam & extraordinariã. Vel constituunt differentiam inter pœnam spiritualem seu ecclesiasticam & temporalem. Itè an fuerit deventum ad actum proximum, vel remotum; Alii atrocita, seu atrociora, vel etiam atrocissima crimina à levibus distinguunt; Alii denique ultra quam plures alias distinctiones, an civiliter, seu criminaliter agatur, & an pœna ipso jure vel factò à lege vel statuto infligatur, probè ponderandum arbitrantur: ut videre est apud Prosper. Farinac. *part. 5. oper. crimin. quæst. 124.* Quarum distinctionum tamen neutra dubium omne tollit, neque ex iisdem quæstio hæc clara & expedita, sed multo intricatior & obscurior redditur.

Vera decisio. 11 Multum autem in quæstione hæc, quomodo nempe Conatus tam in crimine quovis alio, quam parricidio puniendus sit, iudicio & auctoritati magni Icti Julii Clari tribuendum esse puto, qui in *pract. §. fin. quæst. 92. n. 2.* quæstionem hanc longè intricatam brevissimis verbis ita decidit; Ego autem dico sic, aut lex vel statutum in huiusmodi atrocissimis expressè punit solùm conatum & servanda est; aut non punit expressè conatum & standum est generali consuetudine, ut conatus non puniatur, nisi sequatur effectus; Et hæc opinio iudicio meo tutior est. Nihilominus, quia pluries vidi, in his casibus diversimodè iudicari, quandoque puniendo Conatum in atrocissimis pœna ordinariã, & quandoque pœnã extraordinariã, crederem in practica posse iudicem adhærere cui opinioni maluerit, inspecta facti & personarum qualitate, consulo tamen, ut semper in mitiorem partem inclinet. In his verò quæ atrocissima non sunt, nullo modo debet iudex pro solo conatu pœnam mortis imponere, nisi id expressè (ut dixi) statuto vel lege caveatur, & eo etiam casu, non nisi deventum fuerit ad actum proximum, & immediatum ipsi maleficio. *Hallennus ille.*

12 Hæc opinio Julii Clari sicuti meo iudicio verissima est; ita etiam Dn. Scabinis & imprimis Iohanni Rosbachio Icto excellentissimo & Antecessori Scabinatus Electoralis eminentissimo, uti ex eiusdem manuscriptis advertere potui, complacuit.

Quamvis autem verba *Julii Clari* per se clara & manifesta sint, & ab omnibus facilimè intelligi queant, melioris tamen explicationis gratia ex iis Regulatilis formari Potest: Quòd scilicet *Regula.* 13 in omnibus & quibusvis delictis sive sint atrocissima sive non, Conatus quantumvis ad actum proximum fuerit deventum, ordinaria cuiusvis delicti pœna non debeat puniri.

Cuius Regulæ duæ exceptiones ponuntur 1. *Exceptio* 1. si lex ipsa vel statutum conatum pœna ordinariã puniat. Quo casu attentatum delicti pœna constituta coercendum est tunc demum, quando deventum fuit ad actum proximum & immediatum ipsi maleficio. 2. Altera exceptio hæc est

iudicem in delictis atrocissimis inspecta facti & personarum qualitate conatum pœnã ordinariã quandoque pro arbitrio punire posse, quamvis conscientia magis consulat in mitiorem partem semper inclinando.

Hanc regulam si iudex in pronuntiando sequatur, eum nequaquam errare existimo, ut enim hac vice exceptiones, de quibus suo loco etiam dicitur, omittam, ipsa certè regula à Iulio Claro tradita, consuetudine & iure Saxonico recepta & Const. Crim. Carolina approbata est.

Primò enim de consuetudine generali, non puniri affectum, neq; conatum sive attentatum alicuius delicti pœna ordinariã, nisi sequatur effectus, dictum antea, & de hac consuetudine attestantur Doctores communiter, quos magno agmine allegat Iul. Clar. *diel. quæst. 92. n. 1.* & Prosp. Farin *diel. quæst. 124. n. 78. & seq.* hancque consuetudinem generalem esse & non indigere probatione, dicit Bald. in l. si fugiti vi n. 3. in fin. C. de serv. fugitiv. Tirag. de pœn. temper. caus. 37. n. 3. Sibneidvvin in §. eadem leg. Instit. de publ. iudic. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 21. eamque niti æquitate quæ ubiq; servanda est, testatur Covar. in Clem. si furiosus part. 2. §. initium, num. 6. vers. tertio est omnino considerandum, de homicid. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 3. n. 30.

Secundò. Hæcque consuetudo iure Saxonico maxime probata est in c. 39. Lehenrecht / ubi dicitur: *Es geschicht an Willen noch an schlechten Worten keine Gewalt wenn keine That darnach folget.* Hinc in genere tradunt Practici Iuris Saxonici; Etsi lex civilis puniat conatum, tamen Ius Saxonicum solummodo punire eventum, Reinhard. differ. 6. part. 5. Matth. Vvesembec. part. 5. consil. 114. n. 33. in parat. ff. ad l. Iul. de adult. n. 5. & ad Leg. Pompei. de parricid. n. 7. Petr. Theod. in colleg. crim. disput. 7. ib. 6. lit. B.

Tertiò: idemque dispositum in Constit. Crim. Caroli V. Imp. art. 178. *So jemand einer Wiſſethat mit ehrlichen scheinlichen Wercken / die zu Vollbringung derselbẽ Wiſſethat dienlich seyn mögen / sich unterstehet / und doch an Vollbringüng derselben Wiſſethat durch andere Mittel / wider seinen Willen verhindert wird / solcher böser Wille / darauß etliche Werck als obstehet / folgen / ist peinlich zu straffen / aber in einen Fall härter denn in den andern / angesehen Gelegenheit und Gestalt der Sachen / darum sollen solcher Straff halber die Urtheiler / wie hernach stehet / Nachs pflegen / wie die am Letz oder Leben zuthun gebühret.* Unde apparet, quando eventus delicti actum propinquum insecutus non est, pœnam ordinariã haud imponendam, sed arbitrio peritorum coercionem relinquendam esse, quoties autem pœna permittitur arbitrio iudicantis, non debet ordinariã sed levior pœna imponi, Matth. Vvesemb. diel. consil. 114. n. 34.

Quartò: Denique in specie quoad crimen parricidii benè ponderanda sunt verba *Constit. Elect. 3. part. 4. ibi:* *Da etnes das andere böstlich thete ermorden oder umbringen.* Et postea: *Und woserne das Kinder umbringen mehr denn einmal geschehen.* Et iterum: *Wann solcher Mord fürstlichen geschehen / it.* Singula certè

certe hæc verba denotant ipsum effectum, quibus pœna culei constituitur in eos qui parricidium perfecerunt, adeoque ipsis strictè inhaerendum, nec pœna parricidii ceu odiosissima ad conatum extendenda est. *Mench de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 4. nu. 33. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quæst. 136. n. 17. Corn. conf. 114. col. 2. lib. 1.*

18 Juxta prædictam itaq; regulam conatus sive attentatum parricidii non secuto effectu, nequaquam pœnâ ordinariâ coerceri debet. At, *quanam pœna, quodve supplicium pro crimine parricidii attentato erit infligendum?* Certè propositum delinquendi in animo solum subsistat, Reus ab omni prorsus supplicio procul dubio erit immunis, quia cogitationis pœnam nemo patitur. *l. cogitationis. 18. ff. de pœn. Schrad. de feud. part. 9. cap. 2. n. 74. vers. quia clari juris est. &c. Tiber. Decian. conf. 18. n. 32 §. l. i. lat. Schuld. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 130. n. 69.* Si verò propositum hoc in actum prorumpat, quod propriè attentatum vocatur & nullo modo impunitum esse debet, tunc iudex pro arbitrio & ratione attentati, an nempe ad actum proximum vel remotum delinquens pervenerit, quandoq; severius, quandoque mitius hoc attentatum punire debet. *Iul. clar. dict. §. fin. quæst. 92. numer. 2. circa fin.*

19 Hocq; ipsum, quâ pœnâ scilicet attentatum delicti puniendum sit, Const. Crim. Carol. in art. 178. arbitrio iudicis & peritorum expressè committit, in verb. *Aber in einen Fall härter denn in dem andern/Ansehen Gelegenheit und Gestalt der Sachen/darum sollen solcher Straff halber die Urtheiler Nachs pflegen &c.*

20 Quia verò iudici incumbit, arbitrium suum regulare & gubernare secundum terminos & tramites juris ac æquitatis, *l. 1. ff. de Vsur. c. iudicet. 3. q. 7. gloss. in l. casus. ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. 2. in 4. notab. C. de fideicommiss. & in l. fin. C. de pœn. jud. qui mal. iud. Felin. in cap. quoniam frequenter. §. porro numer. 14. ut sit. non contestat. Gandin. tit. de quæst. & torm. n. 41. vers. nam secundum jura &c.* Idèò cautus & perspicuus hæc in re debet esse iudex ac diligentissimè & exactissimè considerare circumstantias & qualitates attentati, an istud ad proximum, an verò remotum actum parricidii pervenerit, ne mitiorem aut severiorem pœnam, quàm jus requirit & permittit, dicitur: in dubio tamen semper in mitiorem partem inclinabit, prout etiam monet *Iul. Clar. dict. quæst. 92. numer. 2. vers. consulo tamen &c.*

Primus Casus.

21 In genere tamen ad demonstrandas diversitates attentati quæ pœnam in crimine parricidii variare solent, potissimùm tres casus ab invicem sunt distinguendi.

Primus Casus est, quando delinquens non solum ad actum proximum & immediatum ipsi parricidio pervenit, & sic à sua parte & quantum in ipso est, delictum consummavit, sed etiam per damnum ingens vel adversa valetudinis, vel etiam mortis citius procurata. ei, adversus quem delictum fuit directum, intulit, vel attentatum ejusmodi læpius reiteravit &c. Non dubito certè, hoc casu iudicem ultimum supplicium, pœ-

nam nempe gladii tutò dictare posse, quod & sentit *Daniel. Moller. ad Const. Elect. 3. numero 26. part. 4.*

Primò: Propter textum in Const. Crim. Carol. art. 178. in verb. *Wie die an Leib oder Leben zu thun gebührt.* Ex quibus verbis colligitur, iudicem in puniendo attentato ad pœnam mortis pervenire posse; Et sanè si aliquando mortis pœna dictanda est ob attentatum delicti, hoc fieri debet in casu præsentis, quo crimen à parte delinquentis consummatum & damnum simul ingens illatum fuerit.

Secundò: Quia respectu delinquentis delictum reverà consummatum est, ipse enim studio & animo deliberato fecit & peregit id, unde mors & parricidium sequitur necessariò, quod etiam fuisset secutum, nisi per gratiam Dei omnipotentis eiusq; singulari providentiâ effectus fuisset impeditus: Quid ergo obstat, quo minus delinquens (remissâ ipsi pœnâ ordinariâ ob non secutum effectum) pœnâ mortis plectend^o sit, præsertim quia per id damnum ingens proximo allatum fuit.

Tertiò: Idque èd magis verum est, quando perejusmodi attentatum mors alicuius citius fuit procurata: si enim dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod sequitur præter illius intentionem & voluntatem, si eventus facillimè cogitare potuerit, *l. quoniam multa. C. ad Leg. Iul. de vi publ. gloss. in verb. quoniam. Salyet. in l. quod Nerva, ad fin. vers. item fallit. C. de positi. Cagnol. in l. contra huc numer. 88. ff. de reg. jur. utique multò magis de eventu omni tenebitur is qui animo deliberato occidendi deliquit.*

Hancque sententiam Scabini in pronunciando fuerint secuti, quum *M. B. infantem in latrinam proiecerat, qui adhuc vivus ibidem repertus & baptizatus postea sexta die morte obierat: So möchte sie von wegen solcher Mißhandlung und Verbrechen gestalteten Sachen nachweis sie zu dem Ende das Kind in das heimliche Gemach geworfen / daß es darinnen umkommen / sterben und verderben sollte/und also der conatus bey ihr ad actum proximum kommen und ihre Verbrechen inter atrocissima delicta referiret wird/Andern dergleichen leichtfertigen Betteln zum Exempel und Beispiel / welche mit ihren Leibesfrüchten also bößlichen umgeben / und damit zu ihrer Kinder Tode Ursach geben / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft werden B. X. W. Ad requisitionem Iudicis & Scabinorum Dresdensium, M. Febr. Anno 1617.*

Eadem pœna d'ata *M. S. que infantem jam jam moriturum in aquam projecerat simulque fassa fuerat, se propositum occidendi parvum semper habuisse: So möchte sie von wegen solcher ihrer begangenen und bekanten Verbrechen/weil man allhier in den terminis we siren thut / da nicht allein ein blosser conatus vorhanden gewesen/ sondern daß auch der effectus darauffersolget ist/ ungeachtet es doch auß gemeinen Wahn etlicher Rechtsgelehrten dafür gehalten wird/ daß in delictis atrocissimis, darunter auch diese Verbrechen zu rechnen / der conatus allein pro effectu zu straffen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden B. X. W. Versus Croffen/ Ad Consules & Senatum, Mense Septembr. Anno 1619*

27 *Simili modo pronunciatum versus Torgaw/ in casu, quo A. K. infantem vivum humaverat, qui tamen adhuc vivus inventus, & baptizatus, quarta die mortuus fuerat: So möchte se wegen solcher Verbrechen gestalten Sachen nach/ weil die Verhaffte zu dem Ende das Kind in die Gruben verscharrt/ daß es nicht offenbahr werden solte/ und sie noch vor eine Jungfran gehalten werden möchte/ also daß ihr Gemüth und Meinung gewesen/ durch dieses hochsträffliche Mittel ihr Kind zu töden/ und ums Leben zubringen/ auch der effectus und conatus bey ihr ad actum proximum kommen/ zu deme diese Verbrechen inter atrocissima delicta referret wird/ und damit andere Betteln dergleichen böse Thaten/ wieder ihre leidliche Kinder vorzunehmen/ durch dieses Exempel gleichsam geschreckt/ und abgehalten werden/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ B. N. W. ad consultationem Quæstorii, Mens. Aug. Anno 1619.*

28 *Pariter fuit adjudicata pœna gladij M. H. qui uxori sua tribus distinctis vicibus venenum præbendo, morum & dolores capitis atque ventriculi ingens causatus fuerat: So möchte er von wegen solcher Mißhandlung und Verbrechen/ gestalten Sachen nach/ weil er der Gefangene zu dreymahlen seinem Weibe Gift und Mäusepulver fürs seylliche und bößliche/ in Gemüth und Meinung/ sie durch dieses hochsträffliche Mittel zu töden/ und ums Leben zu bringen/ eingegeben und beigebracht/ und also der effectus und conatus bey ihm ad actum proximum kommen/ auch diese Verbrechen inter atrocissima delicta referret wird/ und damit andere dergleichen böse Thaten wieder ihre Ehegatten fürzunehmen/ durch dieses Exempel gleichsam geschreckt/ und abgehalten werden/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden B. N. W. Ad Inuicem & Scabinos Zwickavianjes Mens. August. An. 1616.*

29 *Alter Casus*
Quæst. 2.
Pœna parricidij attentati absq; damno irrecurabili.

Secundus Casus est in attentato parricidii, quandoquidem ad proximum etiam actum delicti peruentum fuit, nec per Reum stetit, quo minus delictum consummaretur, non tamen effectus secutus, neque etiam damnum irrecurabile alicui illatum fuit, sed is cuius mors appetebatur, vel planè in morbum non incidit, aut statim reconvaluit & pristinæ valetudini restitutus est. Quo casu pœnam mortis cessare, & ad summum iulligationem cum perpetuâ relegatione Inligi posse existimo; Veluti etiam sic statuunt Nicol. Reusn. decis. 21. n. 24. Virgil. Pingii Zer. in quæst. Saxon. 14. nu. 1. Petr. Theod. in colleg. crim. disput. 7. tb. 6. lit. B.

30 *Tum, quod attentatum parricidii pro arbitrio iudicis puniendum est, iuxta Constit. Crim. Carol. art. 178. In delicto autem nondum perfectè consummato, iudex arbitrium usque ad mortè non nisi ex causâ urgentissimâ & lege ex-*

pressa probata extendere solet. Fel. in c. ex literis. col. pen. vers. secunda declaratio. & ibi utitur Dec. n. 14. vers. tertio modo. de const. Prosper. Farin. part. 1. oper. crim. quæst. 17. nu. 48. Jacob. Menoch. arbitr. iud. quæst. l. 1. quæst. l. 1. quæst. 86. n. 4. & 5.

31 *Tum, quod semper mitior pœna eligi, & iudex in mitiorem partem inclinare debeat. Jul. Clar. in præf. §. fin. quæst. 92. n. 2. Farinac. dicit. part. 1. quæst. 19. n. 3. Jacob. Scult. ad Modest. Pist. part. 4. quæst. 133. n. 26. Menoch de præsumpt. lib. 5. præsumpt. fin. n. 2. Alexand. conf. 109. n. 5. lib. 4.*

32 *Et ita Scabini pronunciarunt: So mag sie wegen solcher ihrer begangenen und betanten Verbrechen/ in Ansehung/ daß bemeldter ihr Ehemann von dem beygebrachten Gift nicht gestorben/ am Leben nicht gestrafft werden. Sie wird aber mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen B. N. W. Ad consultationem Præfeti Nobil. à Perleßpß/ zu Duetz/ Mens. April. Anno 1596.*

33 *Simili modo responsum, quando sponsa quadam venenum abdendo in portione sponsum necare voluit. Ad requisitionem Quæstorii in Kempniz/ Mens. Decemb. Anno 1603.*

34 *Eandè pœnam sustigationis cum perpetua relegatione diciturimus. M. E. qua maritum suum malleo percusserat, quò moveretur. Ad requisitionem Quæstorii Wurzenis, Mens. Majo. An. 1624.*

35 *Similis pœna à nobis fuit ad iudicata M. R. qua toxicum præbendo, maritum interficere tentaverat. Ad consultationem Quæstorii Saltzensis, M. Sept. Anno 1626.*

36 *Tertius denique casus est, quando parricidium quidem attentatum fuerit, sed conatus ad actum solum remotum devenit; Veluti si quis leviter aliquem percussit, aut emit venenum, sed non propinavit vel impeditus, vel pœnitentiâ ductus. Is fanè extra ordinem pro arbitrio iudicis & ratione attentati, vel relegatione, vel carcere, aut etiam multa pecuniaria plectendus est; Quoniam qui ad actum remotum saltem procellit, tam severè non puniendus est, ac is qui ad actum ipsi parricidio proximum & immediatum pervenit.*

37 *Ita statuunt Angel. in l. 1. §. si iniuria. ff. de extraord. crim. Bald. cons. 443 Gramm. decis. 2. n. 7. & cons. 36. n. 19 Paris. cons. 567. n. 13. l. 4. Didac. Covarr. in Clem. si furiosus part. 2. in pr. n. 11. de homic.*

38 *Veluti sic Scabini diciturunt perpetuam relegationem N. S. qui privignam infantem sesquianni circa umbilicum & pectus digitis & unguibus constringendo occidere tentaverat, quo postea ipsius hereditatem lucraretur; Ad consultationem Quæstorii in Ratsburg/ M. Octob. An. 1586.*

Q V Æ S T I O XVII.

In qua referuntur Quædam Exceptiones & causæ, Reum pœna parricidij ordinaria eximentes

S V M M A R I A.

1. Pœna parricidij perinde ut alia supplicia arbitrio iudicis est subiecta.
2. Quenam causa Reum à pœnâ ordinariâ parricidij eximant. n. 4.
3. Causa etiam iniusta & bestialis delinquentem à dolo excusat. n. 5. 1.
5. Offensio præcedens, & insit acundia calor Reum liberat à pœnâ ordinariâ.
6. Difficilimum est iustum dolorem temperare.
7. Ira ex iusta causa proveniens minuit delictum.

8. Ign-